Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tus templi et seruores. Qua
si ad latronē exitis cū gladijs
et fustibus cōprehendere me. cū
cotidie vobiscū sedeam in tem
plo. nō extendistis manus in
me. Sed hec est hora vestra et
potestas tenebrarū. Comphen
dentes autē eū duxerūt ad do
mū principis sacerdotū. Pe
trus vero sequebat eū a lon
ge. Accenso autē igni in me
dio atrio et circūsedentibus
illis erat petrus i medio eorū.
Quē cū vidisset ancilla que
dam sedentē ad lumen. et eū
fuisse in cuita dixit. Et hic
cū illo erat. At ille negauit
dicens. Mulier nō noui illū.
Et post pusillū alius videns
eū dixit. Et tu de illis es. Pe
trus vero ait. O homo nō sū.
Et interuallo facto q̄si hore
vnius. alius quidā affirma
bat dicēs. Vere et hic cū illo
erat. nam et galileus est. Et
ait ei petrus. Homo nescio
q̄d dicis. Et cōtinuo adhuc
eo loquente cantauit gallus.
Et conuersus dōs respexit pe
trū. Et recordatus est petrus
verbi dōni sicut dixerat. quia
priusq̄m gallus cantet ter
me negabis. Et egressus fo
ras fleuit amare. Et vir q̄
tenebat ihm illudebat ei cede
tes. Et velauerūt eū. et percu
debat faciē eius. et interrogā
bat eū dicentes. Prophetiza q̄s
est qui te percussit. Et alia multa
blasphemantes dicebāt i
eū. Et ut factus est dies. con
uenerūt seniores plebis et
principes sacerdotū et scribe
et duxerūt eū in concilium suū
dicentes. Si tu es xp̄us dic
nobis. Et ait illis. Si vobis
dixero nō credetis mihi. si ait
et interrogauero nō respondebitis
mihi neq̄ dimittetis. Ex hoc
autē erit filius hōis sedens a
dextris virtutis dei. Dixerūt
autē omnes. Tu ergo es filius dei.
Qui ait. Vos dicitis q̄ ego
sū. At illi dixerūt. Quid ad
huc desideramus testimōm. ipsi
enim audiuimus de ore eius.
Et surgēs omis multitudo eorū
duxerūt illū ad pylatū. Ce
perūt autē illū accusare dicen
tes. Hūc inuenimus subuer
tentē gentē nrām. et prohibē
tem tributa dari cesari. et di
centē se xp̄m regē esse. Pylatus
autē interrogauit eum dicēs.
Tu es rex iudeorū. At ille ei
dens ait. Tu dicis. Ait autē
pylatus ad principes sacer
dotū et ad turbas. Nihil in
uenio cause in hoc hōie. At
illi inualescebāt dicentes. Cō